SAMMELHANDSCHRIFT MIT ORDENSSCHRIFTEN DER AUGUSTINER CHORHERREN
Dürnstein, 3. Viertel 15. Jh. und 1507 Seite 81r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=5639
Copyright: Herzogenburg, Augustiner-Chorherrenstift



ecl alios docere atq in variis casibus et difficultatibus
occurrentibus consulere presertim in foro conscientie
Tria namq secundum doctores debent esse in plebano
et ecl in quolibet doctore vel confessore alio quod secundum
aliquos sunt quasi de esse confessoris et sine quibus
quis non potest esse confessor saltem utilis sibi et aliis
Primum horum est scientia discernendi inter peccata 1m
quod debet esse tanta ac talis quod sciat discernere in quibus
peccatis quod mortale et quod veniale Pro eo quod alia penitentia
debet imponi pro veniali alia pro mortali Et quod sciat
ad quod peccata sua se potestas extendat id est sciat a quibus
peccatis vel censuris absolvere possit et a quibus non
alias in periculum anime sue et confitentium audit confessio-
nes et tam ipse quam ipsum constituens seu instituens gra-
viter peccat Et hoc est quod dicit Augustinus et habetur de pe. dis. vi.
Caveat spiritualis iudex ut sicut non commisit crimen
nequitie ita non careat munere scientie Oportet
enim ut sciat cognoscere quicquid debet iudicare Ex quo
sequitur quod tenetur scire casus reservatos pape vel dyoce-
sano de iure vel consuetudine. Secundum est 2m
cauta inquisitio de peccatis De quo Augustinus ut habetur ubi supra
Diligens inquisitor subtilis investigator sapienter
et quasi astute interroget a peccatore quod forte ignoret vel
verecundia velit occultare Tertium est discreta 3m
iniunctio satisfactionis de quo et precedenti dicitur extra de pe. et re-
cau. Omnis utriusque sexus Sacerdos sit discretus et
cautus ut more periti medici superinfundat vinum
et oleum vulneribus sauciati diligenter querens
peccatoris circumstantias et peccati quibus prudenter intel-
ligat quale ei debeat remedium adhibere et cetera